bere habebit et possidebit illisq pacifice et quiete utifruetur ad
extrema vitæ suæ tempora. Post mortem vero præfatæ Consortis ipsius
ex tunc bona omnia morte ipsius derelicta ad Successores Mariti
sine ulla contradictione Successorum Consortis devolventur. Quod
vero prius ipsam Consortem ipsius quam præfatum Maritum
mori contigerit ex tunc supradeclarata bona omnia morte præfatæ
Consortis ipsius derelicta præfatus suus tenebit habebit et pos-
sidebit illisq utifruetur ad extrema vitæ suæ tempora. Post
mortem vero ipsius bona omnia morte Mariti derelicta
ad Successores Consortis ipsius sine quavis contradictione
Successorum Mariti devolventur. More et iure aliarum advi-
talitatum in Regno hoc observari solitarum.

Winnicka bonis suis abrenunciat.

Comparens personaliter coram officio et actis præsentibus Castrensibus Capita-
neatus Premisliensis Nobilis Marussia Winnicka Nobilis Hryczko Radziewicz
Winnicki cum Nobili Marta Bilinska procreata filia Nobilis vero
Fedori Ostynski Consors legitima sana mente et corpore exi-
stens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibus suis propriis
et Competentibus recedendo. Præsentibus autem Iurisdictioni Castrensi Ca-
pitaneatus Premisliensis quoad actum hunc attinet tam cum Succes-
soribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie
subycciendo et incorporando palam publice libere ac per
expressum recognovit. Quia ipsa bonis Paternis et Ma-
ternis ipsam post Parentes ipsius legitime concernentibus
accepta ab ipsis reali et sufficienti satisfactione abdicat
et abrenunciat de bonisq omnibus Paternis et Maternis
per Successionem ad ipsam devolvendis et pertinentibus
cedit et condescendit nihil sibi iuris prætensionis ad bona
præfata restare declarat. Recognitionis istius vigore.

1571 ~~1560~~

Comparens personaliter Nobilis Jacko Bilinski coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo Praesenti autem Jurisdictioni Castrensi Capitaneali Praemisliensi quoad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie subjiciendo et incorporando palam publice libere ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobilem Clementem Bilinski Janszowicz et ipsius Posteros de inscriptione obligatoria coram Actis Terrestribus Praemisliensibus super certis bonis de sulcis triginta alias Trzydziesti Zagonow poczynszy od Potoka glebokiego po Zabrykowie asz do Tatarskiey drogi ten dent recognita tum et de summa viginti florenorum praecensorum solutus eadem inscriptione obligatoria assecuratis accepta pro praemissis omnibus reali et sufficienti se recognoscens satisfactione quietat emittit et liberum facit Inscriptionemque praefatam obligatoriam cum omnibus ipsius ligamentis cassat et annihilat, perpetuo de bonis praefatis cedit et condescendit hac sua personali recognitione ad praemissa mediante.

Bilinski Bilinskim filiastris suis obligat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Nobilis Clemens Bilinski Tarasowicz sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus iuribus iurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo. Praesenti autem Jurisdictioni Castrensi Capitaneali Praemisliensi quoad actum hunc attinet benevole assumpta se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie subjiciendo et incorporando palam publice libere ac per expressum recognovit Quia ipse bona sua propria et haereditaria videlicet Trzy-

dziesci